



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum boni angeli peccare, vel mali rectè viuere possint. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

## DISTINCT. VII.

317

inferno religatū. Alii autem putāt ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine, illue fuisse demersū.

*Quod lucifer non habet potestatem quam habebit  
in tempore Antichristi.*

G

Sed siue in infernum demersus sit siue non, credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos, quam habebit in tempore Antichristi: in quo fraudulenter ac violenter operabitur & ideo forte dicitur tūc soluēdū, qā tunc dabitur ei potestas Deo tentādi homines, quā modo non habet.

*Quod dæmones semel vici à sanctis, non accedunt amplius ad alios.*

H

Aliis quoque qui à sanctis iuste & pudicè viuentibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur adimi. Vnde Orig. puto inquit, sane, quia sancti *Ad fin. tom. repugnantes aduersus istos incentivores, & vincen-* i. *Homil. 15.* tes minuant exercitū dæmonum, velut quām *ad lib. Iosue.* plurimos eorum interimant: nec vlt̄rā fas sit illi *Ca. 12. eiusdem.* spirit. qui ab aliquo sancto castē & pudicè viuēdo victus est, impugnare iterum alium hominē. Hoc autem putant quidam intelligendum tantum de illo vitio in quo superatus est: ut si de superbia aliquem vitum sanctum tentat, & vincitur, vlt̄ri non licet in illum vel alium de superbia tentare.

## QUOD BONI ANGELI, ADEO SVNT

*confirmati per Gratiam, vt peccare non possint:  
& mali ita obdurati in malo, vt bene viue-*

*re nequeant.*

## DISTINCT. VII.

A

*S*upradictum est, quod angeli qui persistiterunt, per gratiam confirmati sunt: & qui ceciderunt, à gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, quod peccare nequeunt. Mali vero per malitiā adeo sunt obstinati, quod bonā voluntatem habere, siue bene velle,

non

non valent, et si bonum sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus vult fieri, & utique illud bonum est & iustum fieri: nec tamē bona voluntate illud volunt. Quod utique libeū arbitrium habent, nec tamen a virtute trunque flecti possunt.

Sed cum nec boni peccare possint, nec mali bene velle, vel bene operari, videtur quod iam non habeant liberum arbitrium: quia in utrāque partē flecti nō possunt, cum liberū arbitrium ad utrāque se habeat. Vnde Hier .in tract. de prodigo filio dicit, Solus Deus est in quem peccatum cedere non potest: cetera cum sint liberi arbitrii in utrāque partem flecti possunt. Hic videtur dicere, quod omnis creatura in libero arbitrio constituta, flecti potest ad bonum & malum. Quod si est, ergo & boni angeli & mali ad utrāque flecti possunt ergo & possunt fieri mali, & mali boni. Ad q̄ dicim⁹ Quia boni tanta gratia confirmati sūt, ut nequeāc fieri mali: & mali in malitia adeo obdutati sunt, ut nō valeat fieri boni; tamē utrāq; habet liberum arbitrium: quia & boni non aliqua cogēte necessitate, sed propria ac spontanea voluntate per gratiam quidem adiuti bonum elegant, & malum respuunt: & mali similiter spontanea voluntate à gratia destituti, bonum vitant, & malum sequuntur: & mali habet liberū arbitriū, sed depresso utrāq; corruptum, quod surgere ad bonum non valet.

*Quod boni post confirmationem liberius arbitrium habent, quam antē.*

Boni vero arbitrium habent multo liberius post confirmationē quā ante. Ut n. Aug. tradidit in enc. Nō ideo carēt libero arbitrio, quia malevoli nō possunt: multo quippe liberi⁹ est arbitriū, q̄ nō potest seruire peccato. Neq; culpāda est volūtas, aut volūtas nō est, aut libera dicēda nō est, q̄a beati esse sic volūt, vt esse miseris nō solum nolint,

*Lucas 15. d.  
In tom. 3.*

*Ad Dama-  
sum papam  
in fine tra-  
ctatus de fi-  
lio prodigo.*

*In princip.  
cap. 10).*